

XXXIII.

V Et vt summam hęc recapitemus: vinctio est mentis exhilaratio et exultatio: odor est ipsa oratio. Vinctio spiritualis leticia. odor quedam eorum que animo gestantur/ exterior per famam noticia. vinctio eterna desiderio. odor quoddam de gaudiorum experientia desiderium suauiter pfluens. **O** odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Omne enim orationis incensum/ et desiderium vehementiam excedit desiderium illud quod de celestium blandimento gaudiorum gignitur: et concupiscentia que est spiritus vinctio quasi suauissimus quidam odor vbertim exalatur. **H**onum hoc desiderium quod vim habet orationis: et non habet afflictionis molestiam. **S**ponsa hęc cui priuilegium hoc vnguenti et odoris deferretur: quid mirum si audius optat/ que gustat suauius? **A**quum enim est vt amplius oret que artius heret. **A**dherens sponsa/ vnus cum illa effectus est spiritus. **I**dem circo non nisi spiritus redolet in ea. **Q**uod vincteam et orat per ea affectibus inenarrabilibus. propterea odor vnguentorum eius/ super omnia aromata. **E**t in Apocalypsi legitur phialas plenas odoramentorum. que sunt orationes sanctorum. **A**romata (sic) **E**todus docet) geminus in vnus distribuuntur. id est. charismatis: et thimiama. **N**onne tibi videtur etiam nunc in laudibus sponse/ hęc vtraque coniungi? **V**nguentum eius et vnguentum sunt et odorifera valde. **O**dor enim eorum super omnia aromata. **V**nguentum (vt dictum est) donorum perceptio: odor de perceptione actio gratiarum. desiderium eternorum: et quidam inter sublimia bona sensus humilis. **O**ratio enim humiliantis se/ ipsa nubes penetrat.

Vides quomodo ascendit odoramentum humilis orationis? **A**scendit phariseus ille in templum vt oraret: sed orationis eius odor nesciuit ascendere. **B**ona gratiarum sibi diuinitus collata secum reputat: et quasi vnguentum recenset. **N**on sum (inquit) sicut ceteri homines raptiores/ iniusti/ adulteri/ **A**udi pre quibus vinctum se gloriatur: gloria eius in confusione aliorum videtur. **N**on magna gloria. magna tamen ipsi videtur. **I**psi redolet: non tamen super aromata. sed super sulphura ceterorum. **A**udisti quibus preferatur. audi nunc quid in se gratie preferant vnguenta/ in quibus phari-

seus gloriatur. **I**eiuno bis in sabbato. decimas decimas decimas que possideo. et si quem defraudauit/ reddo quadruplum. **B**ona hęc legis elementa redolent: non euangelicam doctrinam. **N**on ieiunat per omne tempus. non renunciat omnibus que possidet: vt non habeat vnde possit vel pmissas vel decimas dare. **D**efraudata reddidit in quadruplum. non se patitur defraudari. non quod reliquum est exponit partem auferenti. non acceptas se habere dicit iniurias. **P**harisee inter infirma opera supra modum tumes. **P**harisee non rogas sed propestanti publicano iniurias irrogas. **T**u de teipso perhibes testimonium. **E**rgo quum est testimonium tuum. **D**uo quedam in oratione tua non tam redolent quod fetet: tumor et tepor. **T**umor est in eo quod publicano improperas. **T**epor quidem quia omnino nihil rogas. **Q**uomodo enim non tepedit oratio elationis vento et inaniter satiata? **P**harisee non oras/ sed effers teipsum. **T**u de teipso perhibes testimonium: et testimonium tuum non est verum. **D**e operatione tua eriguum est: de prelatione non verum. **A**udi enim testimonium veritatis. **A**men amen (inquit) dico vobis/ descendit hic iustificatus ab illo in domum suam. **N**on enim qui seipsum commendat/ ille probatus est. sed quem deus commendat. **I**deo felix anima ad quam ab ipsa veritate tam excellens commendatio proferretur. **O**dor vnguentorum tuorum super omnia aromata. **M**agnū exhibitum est publicano testimonium: huic autem cui laudes istecantur multo maius. descendit ille iustificatus a phariseo. hoc est. ab homine dato/ ab homine iniusto in domum suam. **H**uius autem sponse vnguentorum odor omnia excedit aromata. **I**ngens preconium. sed ipsa non ab homine testimonium accepit sed ab illo qui corda scrutatur: qui per fidem et dilectionem in corde ipsius et inhabitat et operatur. **N**on se commendat: non improbat alios. **F**auus enim distillans labia eius. **C**apitulum hoc ordine sequitur. sed hodie tractari non potest. **T**rastina disputatio audienti vestrorum aueritanti dabit gaudium et leticiam in domino Iesu. **Q**uod ipse prestare dignetur qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. **A**men.